

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Mors.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A **S**unt qui locum ex Genesi, *Et fecit eis tunicas pelliceas*, eo interpretentur hieroglyphico, ut morta- *Genes. 3.*
litate convellitos esse eos intelligi velint. Nam cutis omnino eos indicat, qui solis exterioribus
intenti, interius emarcescunt. Apud Plutarchum libro de Iside & Osiride tympanum humanam sapit
naturam, atque ideo mortalitatem hieroglyphicum est. Conficitur vero tympanum ex pelle, plana, *Tympanum*
latoque circulo circumducta.

SCORTA. CAP. XLVIII.

I **N**venies & pro Meretrice pelles positas Levit 15. *Vestem & pelle quam habuerit, lavabit aqua,*
quem locum citat Hierosolymitanus Hefychus, sententia hojus interpres. Jam & apud Roma-
nos meretrices Scorta dicuntur, à scortis pellibus, quibus pro strato utebantur. Idem pelle pro
Divitiis ponit dicit, & pro cognitione alicubi.

CASTRA VEL BELLICUS APPARATUS.

CAP. XLIX.

B **A**lio significato pellis pro tentorio & castris ipsis ponitur: propterea quod vetusti moris fuit,
tentoria ex consutis pellibus conficerere. In Abacuntis cantico: *Pro iniquitate vidi tentoria Æthio-* *Abac. c. 3.*
pie, turbabuntur pelles terra Madian, hoc est, Madianitarum castra vertentur in fugam, & dissipabuntur.

JOANNIS PIERII VALERIANI HIEROGLYPHICORUM

LIBER XXXV.

DE IIS QUÆ PER MANUS ET PEDES SIGNIFICANTUR

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD JOAN. MANARDUM FERRARIENSEM.

Summum quidem ingenii amanitas tui, namq; admodum eruditio, iudiciumq; in omni disciplina-
rum genere exæstissimum acerrimumq; quibus te prædium superiorib; diebus animadverti, cum
apud Cœlum Calcagninum canaremus, effecere, ut doctissima illius cano numquam immemor sim
evasurus. Sed quoniam parvum est gratum animi effectum in corde tacitum fore, nisi ubi facul-
tar datur, cum palam feceris, & in propatulum exposueris: cum nihil mibi commodius nunc ad meum
erga te amorem explicandum occurrat, quam earum rerum commentarium, de quibus plurimus ea cena
fermo fuit, id quam primum ad te curavi transmittendum: ibi enim tu per abditissima Philosophorum ar-
canam Medicorum, sapientiam ingressus, nihil obscurum reliquisti, quod super pulsus, venis & arterias queri
posset, quamq; necessarium esset. Medici non modo cor, verum etiam manus ipsas eruditas esse, manifestissi-
me docuisti, frustra enim esse disciplinam, & scientiam, nisi eam manu opere facta comprobarent.
Cumque medicamina plurima, que manibus tuis ipse metu feceras recensuisses, opportune Vincentiu Car-
pili conviva nostra lepidissimus acclamavit, Manardum te deniq; esse à manum ardore divinitus ap-
pellatum: itaque ranc manum Cœlius, & alii, qui accumbebant omnes, suis quisque laudationibus in cœ-
lum extulere. Ego vero alias ingressus semitam, nihil à re, que premanibus erat, abscedens, eadem hac,
que nunc descripta ad te legenda misi, ad verbum propemodum manus tisper declamavi: qua quidem si
legenti tantum placuerint, quantum audienti probari videbantur, minime putabo me oleum & operam
perdisisse, sperans scilicet inde aliquid futurum, quod initam hanc ex literis amicitiam apud posteros fa-
ciat